

752* Taurinis trovata negli ultimi scavamenti fatti nel palazzo del marchese Carrone di S. Tommaso LEVIS.

..... | magister artis notariae scribsi |

De Levis racc. 2 (1784), 28. Damnat Promis p. 448 collata falsa n. 888*, in qua est: *ego magist. artis notari.*, recte.

753* 1. Tamquam effossum ad Praeneste Vernazza mense Augusto a. 1790 ex urbe Roma accepit marmor scriptum incipiens *Dionusio libero sanctissimo*, ut ait ipse in schedis Gazzerianis. Edetur id inter urbana conficta.

2. Idem eodem tempore accepit laminam aeneam, repartam in agro Sabino, inscriptam *C. Octavi C. f.* et quae sequuntur, scilicet notissimi elogii (vol. I p. 278 n. VI) exemplum falsum. Extat lamina hodie in museo antiquitatum Taurinensi.

3. Idem eodem tempore accepit sigillum aeneum inscriptum *C. Hosidi Demetri*, quod hodie est in museo Taurinensi; item onychem quam repartam dicebant prope Nemausum verba habentem L·AR|L·Q·G|MR·L|Q·NE·S sine dubio recens incisa; item anulum aureum cum inscriptione spuria *C. Marius dux strenuissimus ac septies cos.* aliaque Graeca et Etrusca, quae sive vera sive falsa ab hoc nostro opere aliena sunt.

4. Etiam titulum admodum suspectum quem habuit idem Vernazza: *d. m | C. Aurelius | Iucundus Aug. unctor* ablegavi inter urbanos.

754* in un muro di cinta nella collina vicina a Torino detta volgarmente il monte, per la strada dietro il convento de' Capuccini DE LEVIS.

villa | rubiconda

De Levis racc. 2 (1784), 39. Aut falsa aut recens.

755* Taurinis in museo.

imper. flau | iust. got. refe vic. mae | p. r. ium. lobaa | rer. aro. li

Descripti et damnavi.

756* Taurinis in museo antiquitatum.

ad refpi | oepiuimu | o in perp | ca. pr. op | an. xxxx

Descripti et damnavi. *Ad refrigerium*

757* Taurinis in museo Aegyptiaco.

deux empereurs à cheval, armés de la tête aux pieds et ayant au casque une visière.

ann. lxxii nonis | april. ue. tit. de ieru

Car. Promis misit a. 1871, spuriam esse testatus. ‘Il y a aussi d’autres inscriptions de la fin du XVI. siècle et de la même fabrique, mais en simples initiales’.

758* lamina aenea inscripta *Ov. Afaries Ov.* aliaeque similes adservatae in museo antiquitatum Taurinensi (ephemeris epigr. 1872 p. 31 n. 132—138) origine sunt Lucanae.

759* *L. Mussio L. f. Pino* titulus positus origine urbanus (Grut. 696, 13) deinde venit Taurinos in museum publicum, in quo fuit iam tempore Guichenonii (1, 75) et est adhuc.

2. Anaglyphum quoque, in quo legitur nomen DIADVMENI (Ricolvi et Rivaurella marm. Taur. 2, 1; Maffei M. V. 211, 1), adseratum olim in museo lapidario Taurinensi, ubi hodie desideratur, origine sine dubio urbanum est ut alia huius generis adlata ex urbe ad Carolum Emanuelem I (v. praefatio Taurinensium).

760* *Vulpiae Paratiana* titulus Iaurinensis III, 4389 apud Fabrettium 583, 174 errore collocatur Taurinis.

761* Tituli duo Viennenses diis manibus Saturnae Fortunatus posuit (Mur. 1495, 16) et *d. m. et quieti aeternae Titiae* cet. (Iacobonius app. ad Fonteum p. 119; Grut. 924, 14 ex Iacobonio; Guichenon p. 58 ex Grut.; Mur. 1221, 8; cf. Grut. 706, 9. 709, 7) relati apud Symeonium illustratione degli epitaffi Lugduni 1558 p. 9. 10 ab eius expiatoribus titulo alio ab auctore interposito deceptis male ponuntur Taurinis in aedibus Cattia.


XXXV. SEGVSIO.

762* Segusii.

firmino p. l. ernio
patrono qui uix
annos xxxii men
u d. xii horas iiiii
firminus p. c. uirius
benemerenti fecit

Donius cod. Barb. 34, 73 p. 25: ‘descripsit Cl.
Fr. Grata Barroducensis’.

763* Novalesae in hortis monasterii.



De Levis racc. 1 (1781) p. 12 tab. 9, ubi quod
repraesentatur anaglyphum, nisi pictor plus so-
lito deliravit, medium aevum pree se fert.

XXXVI. FORVM VIBII.

764* Fori Vibii ad Padum.

dis manibus | c. oliesio c. f. pal. leuino | eq. rom. praefecto fori | ubi lensum | patrono munic. eiusd. coll | fabrum tignuariorum et | centonarior. et dendroph | flam. titiali ulpiali et antoniano praefecto et | iiiii uiro quinque. iter | in cui. cur. honor. perfunc | pontif. pleb. urbana et honore usi ob merit. eius locus | plebi datus decur

Ligorius ms. Taur. 8 (inde Gud. 134, 1).